

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johannes Vorst Wolfgang Ouw

**Exercitatio Logica De Secunda Mentis Operatione, Deque Ea, Quae Huius  
Signum Est, Oratione Externa**

Rostochi[i]: Richelius, 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730214443>

Druck Freier  Zugang



Rer. phil. 1651  
Johann Vorstius Preis  
Wolfgang Cuvier, Rsp



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730214443/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730214443/phys_0002)

DFG

+  
57

**ΣΥΝ ΘΕΩ.  
EXERCITATIO LOGICA  
DE  
SECUNDA MEN-  
TIS OPERATIONE, DE-  
QVE EA, QVÆ HUJUS SI-  
GNUM EST, ORATIONE  
EXTERNA,**

*Quam*

**CONSENSU AMPLISSIMÆ FACULTA-  
TIS PHILOSOPHICÆ**

*In illustri Acad. Rostochiensi*

*P R E S I D E*

**M. JOHANNE VORSTIO.**

*Publicæ eruditorum ventilationi subiecit*

**WOLFGANGUS OUW**

*Flensburgensis,*

*Ad diem XXII. Novemb.*

*In Auditorio Majori.*



**ROSTOCHI**

*Typis Johannis Richelii, Senat. Typogr. 1651.*

AMPLISSIMIS, PRUDENTISSI-  
MIS, CONSULTISSIMISQUE.  
VIRIS,

DOMINIS

COSS. ET SENATO-  
RIBUS INCLUTÆ  
REIPUBL. FLENS-  
BURGENSIS,

Favitoribus, Promotoribus ac  
Evergetis suis summis,

*Hoc certamen Logicum*

*submisæ*

*consecrat*

&

*offert*

WOLFGANGUS OUW.

DE SECUNDA MENTIS OPERA.  
TIONE, DEQUE EA, QUÆ HUJUS SL.  
GNUM EST, ORATIONE EXTERNA.

**V**ulgaris & verissima doctrina est, tres esse mentis operationes, sive tria ejus opera. Qvam qvidem doctrinam non convellent, qvi paucos abhinc annos *apuleia* & *ioannis* scripserunt, operationes intellectus varias esse & multiplices, cognitionem rerum, abstractionem & formationem conceptuum, distinctionem, collationem actuum mentis, discretionem lingvarum, sermonis efformationem, scribere, pingere, numerare, consultare. Nimirum omnia ista vel ad tres operationes mentis, qvas vulgo tradunt, reduci possunt, vel operationes mentis non sunt.

**II.** Tres istas mentis operationes, qvas numerant eruditi, iudicem certis vocabulis appellarunt. Et qvia operationes istæ certum ordinem inter se habent, ut una includat alteram, unam dixerunt primam mentis operationem, aliam secundam, aliam item tertiam. Vocabula, qibus singulas vulgo appellant, hæc sunt: *Simplicum apprehensio*, *Compositio & Divisio*, *Discursus*. Alii vero & aliis appellatiibus, iisq; fortasse commodioribus, utuntur. Qvæ enim ordine prima est, eam appellant *notionem*, itemq; *conceptum*: qvæ secunda est, eam vocant *enunciationem*: qvæ denique tertia est, eam vocant *ratiocinationem*. Nos ex tribus istis intellectus sive operibus sive operationibus unam modò hac vice considerabimus, & eam qvidem, qvæ ordine secundâ est. Ante tamen de primâ quoque operatione pauca qvædam recolemus.

**III.** Possimus mente nostrâ agere sive operari, ita ut nec attribuamus alterum alteri, aut alterum ab altero removeamus, ex qvo verum vel falsum oriatur, nec unum ex altero colligamus. Exempli gratiâ: licet concipere lapidem, ita ut lapidi non attribuamus aliquid, aut ab eo aliquid removeamus, ex qvo verum vel falsum oriatur.

A z

tur;

tur; quæmadmodum tum facimus, cum cogitamus lapidem esse durum, lapidem non esse animatum. Cum igitur concipio lapidem, neque tamen ipsi attribuo quicquam, aut ab eo removo, ex quo verum vel falsum oriatur, est illud actio quædam sive operatio mentis, distincta ab ista operatione, quæ unum de altero enuncio sive predico. Atq; illam operationem vocant *primam*, quod ceteræ operationes, cum fiunt, istam includant sive comprehendant. Exempli causâ, cum cogito, lapidem esse durum, attribuo lapidi quipiam, puta & durum. Dum vero ita attribuo, concipio utique lapidem; concipio item & durum. Qvod & seorsim facere poteram, ut & durum lapidi non attribuam, sive de lapide enunciem. In ista autem enunciatione, quam ponebam, lapis & & durum conjunguntur, sive quod idem est durum de lapide predicatur.

IV. Sed non ab ordine modo, quo operatio mentis, altera alteram sequitur & includit, appellationem ea est sortita; sed & alius vocabulis eam appellantur. Non tantum, inquam, dicitur *prima mentis operatio*, sed etiam *notio*, *conceptus*, *simplicium apprehensio*. Ex quibus vocabulis prima nobis videtur elegantissima omnium. Hac enim ad eandem rem exprimendam multum usos fuisse deprehendimus Veteres Latinos, quorum dialecto hodie vulgo philosophamur. Vin exempla? En tibi ex optimo Latine Linguae auctore: *Hunc verbo, cum beatum dicimus, subjecta notio est, secretis malis omnibus cumulara bonorum complexio*, V. Tusc. qq. Quæ enim istarum definitionum, non aperit notionem nostram, quam habemus omnes de fortitudine rectam & involutam, pro Dom. Vox *conceptus* & ipsa fatis commoda est isti, quam consideramus, rei exprimenda. Scimus quippe, vocabulum *concipere* per metaphoram de intellectu quod que dici, & æquipollere vocibus noscere, intelligere, cogitare.

V. Tertia illarum appellationum, quas recensebamus, an satis commoda sit, dubium fateor mihi esse. Sane non omnia illa, quæ per primas mentis operationes apprehendimus, videntur simplicia esse. Exempli causâ, cum hominem justum concipio, non ultra priam mentis operationem progredior? & tamen objectum quod concipio, non est simplex, sed compositum. Quale vulgo ens complexum, & ens per accidens solemus appellare. Sic cum concipio

fluvium

fluvium, non progredior ultra primam mentis operationem. Fluvius autem minime simplex quid est, sed ens compositum sive complexum. Cum enim fluvium concipio, concipio aquam copiosè scaturientem & profluentem intra alveum suum. Sic cum numrum aut hypothecam concipio, non ultra primam mentis operationem progredior. Res a ista, quas concipio, non sunt simplices, sed composite. Cum numrum concipio, concipio metallum quoddam, quod substantia est, & figuram, quam id sibi impressam habet. Cum hypothecam concipio, concipio pignus, & hoc quidem immobile. Pignus vero & ipsum est ens complexum. Significat enim substantiam aliquam, & hanc quidem oppignoratam. Id vero vehementer nobis displaceat, quod nonnulli Viri, docti sane illi, primam mentis operationem non modo simplicium apprehensionem vocant, sed etiam simplicium terminorum.

**VII.** Aristoteles in libro *επιλογας* primam atque item secundam mentis operationem complectitur his verbis: Ετι μηδε γε τα ει τη φωνη την ψυχην παριματων σύμβολα, Que igitur sunt in voce, eanote sive signa sunt passionum, que sunt in anima. Distinguit autem duas illas operationes istis verbis, quae mox sequuntur: Ετι δη τοτε ει τη ψυχη, οτι μηδε νόησις ανδο το αληθεύειν, η ψεύδεσθαι, οτι δη τη ανάγκη λέτων παράρχειν δάπεδον, οτι δη τη φωνη: τοι δούλειαν η Δαισεστιν ετι τη ψεῦδος πη τη αληθεία. Quemadmodum autem in anima interduum est intelligentia veri & falsi express, interduum vero, cui jam necesse est alterum horum inesse: ita etiam in voce. nam in compositione, & divisione est veritas & falsitas.

**VIII.** Quam operationem mentis nos vocavimus notionem, & conceptum, alii etiam simplicium apprehensionem, eam Philosophus vocat νόησις ανδο το αληθεύειν η ψεύδεσθαι. Secundam autem operationem, quam enunciationem plerique vocant, Philosophus vocat νόησις, η ανάγκη παράρχειν η αληθεύειν η ψεῦδεσθαι. Istiusmodi descriptionibus & nos paulo ante discrevimus primam & secundam mentis operationem. Quod autem subdit Philosophus την σύνθεσιν η διαίρεσιν είναι τη ψεῦδος τη η τη αληθεία, in compositione & divisione esse την falsum, tum quoque verum, ex eo nostri de sum-

psisse videntur appellationes istis, qvibus secundam mentis operationem vulgo indigitant: cum puta vocant, duobus qvidem vocabulis, compositionem & divisionem. Nimirum enunciationem affirmativam vocant compositionem: negativam vero divisionem. Rectius tamen facere videntur illi, qui uno vocabulo appellant enunciationem. Nam si duobus istis utamur, iisq; secundam mentis operationem insinuamus, ponitur divisio totius, anteqvam de ipso toto, qvod dividendum est, qvicquam est dictum.

VIII. An vero ita indubitate habendum putabis, in sola secunda mentis operatione compositionem & divisionem fieri? ostendimus nos paulo ante, primam mentis operationem non modò simplicium apprehensionem esse, sed etiam entium complexorum & compositorum. Qvod si verum est, videtur etiam in secunda mentis operatione compositio qvædam esse. Cum enim concipio ens complexum, compono utique, sive ut conjuncta concipio, qvæ re vera sunt distincta. Capiamus iterum exemplum, ex hac qvidem enunciatione: *Homo qui audit verbum Dei, est ex Deo.* Habet hæc enunciatio subjectum, & prædicatum. Subjectum est *homo qui audit verbum Dei*, sive *homo audiens verbum Dei*. Si igitur concipiatur hominem audientem verbum Dei, non utique ultra primam mentis operationem progredior. Sed apparet hic apprehensio non simplicis cujusdam, qvale ens per se vocare solent, sed entis complexi. Deinde ipsa illa apprehensio non absurdè compositio quoque vocabitur: siquidem per eam componitur notio *audientis verbum Dei* cum notione *hominis*. Qvin & ipsa notio *audientis verbum Dei*, in plurimas alias notiones resolvitur. Nam qui concipit audientem verbum Dei, is concipit & audientem, & deinde verbum, concessionem, & denique Deum. Sic qui distinctè concipit triangulum planum, is concipit superficiem; concipit item terminatum, sive termino circumscriptum; concipit denique lineas, hasq; rectas, & numero qvidem tres. Triangulum planum qvippe definitur, qvod sit superficies tribus rectis lineis terminata.

IX. Porro & divisio videtur esse in primâ mentis operatione. Exempli gratiâ, cum concipio hominem non audientem verbum Dei, cum sejungo ab homine, qvem concipio, & audiens verbum Dei. Talem vero divisionem licet etiam notionem infinitam vocare; qvem-

admodum Philosophus ipsa vocabula solet ~~ab~~ <sup>ad</sup> ea appellare, quibus  
vocula negandi non præponitur.

X. Qvoniam igitur appetet, esse & in primâ mentis operatio-  
ne compositionem non levem; esse item divisionem: non putan-  
dum est, secundam mentis operationem simpliciter & sine addito  
compositionem ac divisionem satis concinnè appellari. Si verò ita  
vocare libeat, intelligenda semper est talis compositio, qvæ verum  
aut falsum secum trahat.

XI. Secundam mentis operationem arbitramur à primâ satis  
discerni, si dicamus, eam ex notionibus sive conceptibus ita esse com-  
positam, ut verum aut falsum in eâ existat. Ne autem quis caville-  
tur, notiones esse ipsas res, ut quidam contendunt, monemus, nos  
vocabulo *notio* uti significatu maximè proprio, quo nim. actionem  
sive operationem mentis significat. Qvis verò prohibebit? Sanè  
istum significatum vocis primarium esse, ipsum etymon &  
vocis ~~τύπος~~ satis ostendunt. Deinde proprium istum significatum  
minime neglexerunt Viri docti; sed, & qui ante nos vixerunt, &  
qui nunc vivunt, eum retinuerunt, ac frequentarunt.

XII. Vocabulum secundæ isti mentis operationi significandæ  
tributum est hoc, *enunciatio*, uti jam suprà diximus. Ita nim. opor-  
tuit ὀνοματερα. Qvæ verò sit ratio appellationis, facile intelligi  
licer. Plena igitur definitio ejus rei, quam considerandam sumpli-  
mus, hæc sit: *Enunciatio est operatio mentis ex notionibus ita composita,*  
*ut verum vel falsum in eâ existat.*

XIII. Rei ita definitæ symbolum, sive signum statuimus *ora-  
tionem*. Et qvia homonymum est hoc vocabulum, ut distinctius lo-  
quamur, statuimus orationem *externam*. Sanè & enunciatio, quam  
paulo antè definitivimus, oratio appellatur. Non tamen simpliciter,  
sed cum addito, *internâ* nim. & *mentalâ*. Ita sæpe fit, ut res, qvæ al-  
teri cuidam vicina est, sortiatur etiam ejusdem appellationem,  
atq; ita homonymia oriatur, qvalem Aristoteles vocat homonymiam  
*ηγιαναλογίας*; itemq; *σύνεγγυες θορυ*.

XIV. Ceterum & ipsa oratio, qvæ secunda mentis operatio-  
nis signum est, enunciatio non incommodè appellabitur. Oritur  
autem sic qvoque eadem homonymia, de qvâ jam diximus, *η γένη  
οὐσίας λογίας*.

*aralspia.* Imò si etymon species, priùs ipsa hæc oratio vocata est enunciatio, quam, cujus illa signum est, operatio mentis. Sanè hæc operatio mentis, &c, quæ ei respondet oratio, diverse res sunt, ac toto genere differunt. Qvippe oratio ad qualitatis categoriam reducenda est operatio mētis a. in categoriā actionis est. Cum igitur utraq; enūciatio dicatur, non potest id citra homonymiam fieri. Ut a. distincte loquamur, solemus dictam operationem mentis enunciationem internam, itemq; mentalem appellare; orationem verō, qvæ ejus signum est, enunciationem externam, itemq; vocalēm. Philosophus etiam, ut distingvat illa, alteram vocat κατίφασιν καὶ διπίφασιν εἰς τὴν φωνήν affirmationem, & negationem voce prolatam: alteram verō κατίφασιν καὶ διπίφασιν εἰς τὴν ψυχήν, affirmationem, & negationem in animā, extremo libro τοῦ ἐγκλιμάτου.

XV. Enunciationem externam definitio vulgo, quod sit oratio verum aut falsum significans. Qvæ igitur definitio vicina est illi definitioni, qvæ enunciationem internam, hoc est, secundam mentis operationem, nos paulò antè definivimus. Verum & falsum primario quidem sunt in internā enunciatione. Qvia tamen internæ illius externā enunciatio signum est: hæc ipsa quoque veritatis & falsitatis suo modo est capax. Genus autem in definitione est vocabulum, quod ens per accidens sive complexum notat. Oratio nimirum sonat complexionem vorum ex instituto significantium, & certo quidem ordine compositarum.

XVI. De secundâ operatione mentis, & qvæ ei respondet, externâ oratione docetur vulgo, ab hac dirigi illam, sive per hanc Logisticum dirigere illam. Henningus Arnisæus in notis ad Logicam Crellii eā de re ita scripsit: *Logicus cum omnes operationes mentis dirigere debeat per notiones secundas, & tertiam quidem dirigat per syllogismum, secundam per enunciata, prima quoque sua præscribere tenetur instrumenta, per qua idonei siant simplices termini ad materiam enunciationum.* Non libet in præsentia omnia ista excutere & in eorum inquirere conditionem. Tantum illa, qvæ pertinent ad hanc *τεχνηγνῶσαν* in præsentia considerabimus.

XVII. Primò id sanè tolerabimus, objectum notionis sive

coice-

conceptus appellari & ipsam notionem; haec tamen tam en, ut & no-  
bis liceat de diversis distincte loqui. Notio, si maxime propriè velimus  
loqui, significat actionem mentis, cuius objectum est id quod conci-  
pitur. Atque illa mentis actio non inepte dividitur in primam &  
secundam. Vocetur deinde & ipsius notionis secundæ objectum no-  
tio secunda. Quid autem causæ est, quamobrem externam enun-  
ciationem appellare debeamus notionem secundam? Scribunt qui-  
dem, orationem acque adeo enunciationem quoque externam, consi-  
derari posse dupliciter, & accipi vel pro ipsis vocibus aggregatis, vel pro  
ordine illarum vocum, & prout ex multis unum aliquid sit. Priori signi-  
ficatione orationem esse notionem primam sive potius multas primas notio-  
nes: posteriori autem esse notionem secundam. Multas enim voces non esse  
unum quid, nec ordinem inter se habere, nisi per intellectus fictionem. De  
his talibus a. non immerito fortassis quis dubitaverit. Vocem oratio  
accipi pro vocibus simpliciciter aggregatis, loquentium usu non vi-  
detur posse comprobari. Perpetuo autem ista vox significare videtur  
complexionem vocum certo ordine compositarum. Deinde ordo  
iste si una consideretur, non videtur is efficere, ut notio secunda ex-  
sistat; nisi si exercitum quoque, collegium, disputationem, prælium,  
Geometriam, Arithmeticam, aliaq; id genus notiones secundas ap-  
pellare libeat. Sanè exercitus, & collegium non sunt cætus homi-  
num sì *τύχοντες*, sed certo ordine instituti. Disputatio est adver-  
sarum sententiarum collatio certo oppositionis & responsionis or-  
dine instituta. In Geometriâ item & Arithmeticâ aliisq; disciplinis  
philosophicis certo ordine seqvuntur ut simplices habitus, ita & ora-  
tiones. Neque tamen talia notiones secundas appellari didicimus.  
Sed de notionibus tum primis, tum secundis differemus aliquan-  
do, si Deus voluerit, enucleati.

XVIII. Porro autem, quod dicitur Logicum dirigere secun-  
dam mentis operationem per enunciationem (externam) id quoque  
parum nobis liquet. Sanè is, qui habitu Logices est instructus, adver-  
tit ad eas, quas mente suâ edit, operationes, & quomodo illæ se habe-  
ant, bene cogitat: quomodo item recte instituenda sint, non igno-  
rat. Nec male deinde dicitur, Logicum dirigere mentis sua opera-  
tiones per illum ipsum, quo prædictus est, habitum: ut nim. recte in-

situantur, nec facile à rectitudine aberrent aut deflectant. Id verò non videtur necessum, directionem istam fieri per externam enunciationem tanq. per instrumentum. Dirigit Logicus secundam mentis operationem tum qvoq; cum de ejus naturā tacitus cogitat, nec ullam edit enunciationem externam. Dirigit qvoq; primam mentis operationem, cum distinctos de rebus conceptus format. Dirigit item tertiam, cum syllogismos habitu Logico format, & non ignorat, qvomodo illi se habeant: ex qvibus partibus illi constent: & si quos formet, eos recte esse formatos.

*XIX.* De externā oratione, qvæ secunde mentis operationi responderet, hoc est, de enūciatione externā docetur equidem in Logicā disciplinā, & hujus beneficio non ignorat Logicus, qvæ externæ istius orationis sit natura: ex qvibus partibus constet: qvot ejus sint genera, atq; id genus alia. Ex eo autem non id seqvitur, secundam mentis operationem (enūciationem internam) dirigi per enūciationem externam. Qvin imo sic potius habendum videretur, Logicum per eum, qvo instruetus est, habitum dirigere & enūciationem internam, & enūciationem externam, sive, qvod idem est, nosse Logicum per dictum habitum, qvomodo & enūciatio interna se habeat, & qvomodo externa: qvomodo utraq; recte sit formanda, ne ullum vitium in eā committatur. Dirigere item dici potest Logicus per præcepta ista, qvæ de enūciatione & internā & externā traduntur. Imo per technica illa, qvæ excogitarunt Logici, subiectum, prædicatum dirigere dici potest.

*X X.* Non male in eam sententiam differit Joh. Règius in dispp. Logicarum libro I. probl. tertio. In illis operationibus intellectus, inquit, varij esse possunt defectus vel virtus, verbi gratia, irrectitudo conceptus, ut in priore mentis operatione, vel obscuritas vel falsitas vel alia, ut in posterioribus. Quare ut tozz Philosophia, teste Simplicio, est medicina animæ: sic Logica, qvæ Philosophiam imitatur, propterea quoque inventa est, ut hos defectus omnes tollat ex operationibus mentis, & ut mentem humanam informet, quo omni defectu sublato per operationes proprias finem propositum assequi, & veritatem in rebus omnibus agnoscere possit. Ut autem illis defectibus mederetur Logica, instrumenta quādam cognoscendi fabricat, qvibus instrumentis ipsas operationes mentis

*tis dirigit, instruit, informat, & quibusdam quasi manuductoribus in rerum ipsarum cognitionem inducit. Hęc instrumenta verò sunt omnia vocabula technica, que in Logicis habentur, ut verbi gratia genus, species, differentia, proprium, accidentis, subjectum, prædicatum, propositio, argumentatio. Non omnia quidem ista, sed pleraque tamen nobis non displicant. Interalia non placet illud, quod inter ea, quibus Logisticum dicit operationes mentis dirigere, etiam numerat propositionem (enunciationem externam) & argumentationem (externam). Sanè propositio sive enunciatio externa & ipsa dirigitur per vocabula technica, subjectum, prædicatum, & per ea, quae de enunciatione externā traduntur, præcepta. Argumentatio item externa dirigitur & ipsa per vocabula, minor, major, medius terminus, propositio, assumptio &c. itemq; per ea, quae de argumentatione traduntur, præcepta.*

*XXI. Aristoteles in libro *τέλειοι γυμνάσιοι*, cum pauca præmisisset de conceptibus, horumq; signis, nec non & de primæ & secundæ mentis operationis differentiâ, instituit de enunciatione externâ agere, ejusq; proinde exponit partes, nomen puta & verbum, atque item *τέττα*, quod vocat, οὐ γένεται πάπερ, sive *τρεπόμενη γένη*. Deinde enunciationis, ut alias quasdam, ita & eam divisionem proponit, quæ enunciatio in simplicem, & compositam dividitur. Enunciacionum, inquit, alia est simplex, ut aliquid de aliquo, aut aliquid ab aliquo: alia ex his constans, ut oratio quedam ex his jam composita. Quam quidem divisionem in vulgaribus libellis Logisticis itidem deprehendimus: sed non satis ex mente Aristotelis, ut nobis quidem videtur, intellectam. Solent etiam eandem divisionem aliis vocalibus proponere, ut nim. simplicem vocent *categoricam*: compositam autem *hypotheticam*. Cum istam Aristotelis divisionem, nec non & adnexas definitiones in opere Logico Vir doctus posuisset, mirè eo nomine *τεττέλη γένη δύο* quidam alias, quod, ut videtur, non satis recogitaverat, esse illa ipsius Aristotelis, cuius doctrinam ipse alias non parum solitus fuit venerari.*

*XXII. Non ignoramus ab antiquissimorum hominum auctoritate posse repeti divisionem enunciationis in categoricam & hypotheticam. At in Aristotelis scriptis ea, puto, non deprehendetur. Volum tamen videri nostri, non solum istam, sed & plurima alia, de quibus*

bus ne ἦν quidem in Philosophi scriptis extat, ex mente Aristotelis propoluisse. Id igitur non perinde est ferendum. Compositam, quam hypotheticam vocant, subdividunt in tres species, conditionalem, copulativam, & disjunctivam. Aristoteles autem, ubi de οὐνέτοις Διπλασίοις differit, solam illam, quam copulativam vocant, intelligit; id quod exempla, quae Philosophus proponit, & tota περιγράφει satis ostendit.

**XXIII.** Simplicem enunciationem, ut jam dictum est, Aristoteles definit, quod sit talis, quæ prædicetur τὸν οὐκόν, η τὸν διτούνος, aliquid de aliquo, aut aliquid ab aliquo, sive quæ aliquid alicui (unum uni) attribuitur, aut aliquid ab aliquo (unum ab uno) removetur. Composita autem est, quæ ex simplicibus, duabus, pluribusve constat, in easq; resolvi potest. Eodem modo & syllogismum distingvere possis in simplicem & compositum: & inductionem item in simplicem, & compositam. Ceterum ut natura & partes syllogismi commodiū in simplici syllogismo considerantur, quam in composito: ita & enunciationis natura & partes in simplici enunciatione itidem commodiū considerantur, quam in composita. Et nos igitur id ita faciemus.

**XXIV.** Aristoteles partem enunciationis aliam vocat ὀνοματοῦ nomen, aliud πρᾶγμα verbum. Addit item τὸν Τεττον οὐγκεῖσθαι. Sed ipse enunciationem τὸν τὸν φωνὴν considerat. Nobis, qui in primis secundam mentis operationem, cuius enunciatio illa signum est, consideramus, non licet ita agere. Unam igitur partem enunciationis internæ dicimus esse τὸν κριτήν τηγανοπέτην, ut loqvitur Aristoteles, hoc est, subjectum. Alterum dicimus esse τὸν κριτηρίουν, id quod prædicatur de alio. Ut etiam in externâ oratione necesse est τὸν κριτηρίουν τὸν λαρναῖον τὸν εἶναι, η τὸν μητὸν εἶναι, ut iterum loqvitur Philosophus: ita in mentis quoque operatione necesse est adesse aliquid, quod prædicatum cum subjecto combiner, sive conjungat. Id copula vocatur sive vinculum: & enunciationis internæ pars est. Nec potest illa dari secunda operatio, in quæ non sit talis copula. In externâ autem enunciatione sape non adesse vocalia, quæ ejus solet esse signum: sape etiam, ut vulgo recte docetur, verbo est inclusa. Exempla.

empla ellipsis istius in omnibus linguis observare licet. Non autem tanto numero in aliis, quanto in Orientalibus. Talia sunt: רְשָׁוֹן רְכִיר יְהוּדָה טוֹבָה חַכְמָה מִפְנִימָה Rectum verbum Domini. Sapientia melior margaritis. In Arabicâ Lingvâ quam freqvens sit ellipsis, satis appetet, si modò unam Alcorani Suratam inspicias. In Suratâ fraudationis, quam Th. Erpenius Rudimentis Lingvæ Arab. adiunxit, hæc sunt: Laudat Deum مَنْ فِي السُّلْطَانِ qvod est in celis; وَمَا فِي الْأَرْضِ qvod est in terra. Ei dominium, et ei laus, et ipse super universitate rei potens. Quam freqvens in his est ellipsis verbis substantivi, tam frequentem non esse in Latinâ aut Græcâ Lingvâ, facile intelligitur.

XXV. Sic ut in ipsis exemplis verbum substantivum omittitur, omittitur etiam nonnunquam aliis lingvis, e. c. Rari quippe boni, Bonus Vir commune bonum. Est vero in Orientalibus lingvis & alia verbum substantivum omitendi ratio: nim. cum ad participia subauditur. Exempla sunt in his: Omnia flumina חַולְכִים euntia fc. sunt in mare Eccl. I, 7. Stultus קָוָרֵן complicans manus suas, וְאָמֶרֶת comedens carnem suam, Eccl. I V, 5. Atque ita in Hebreâ Lingvâ frequentissime fit. Si in Latinâ Lingvâ dicam, flumina eunt in mare, copula verbo est inclusa. Si vero dicam, Flumina sunt euntia, copula expressè est posita. In Hebreâ autem neque copula verbo est inclusa, neque expressè est posita, sed subaudienda est. Sunt & in Latinâ ac Græcâ Lingvâ præca qvæd: in exemplis, in quibus præsens participi pro præsenti indicativi mēritur. Sed in iis verbū substantivum expressè ponitur: non inveniuntur, ut in Hebreâ Lingvâ. Nasonis hæc sunt: Omnia sunt hominum tenui pendentia filo. Sophocles autem: Χάρη καὶ εὐεστίν ἐπί τινας αἱρεῖ. οὐ δὲ δη τί περιθυρίου κάνει;

XXVI. Causam, quamobrem Hebræi ad participia subaudiant verbum substantivum, Vir Cl. Salomon Glassius credit hanc esse, qvōd Hebræi verbum præsentis temporis non habeant, atqve igitur nec verbum substantivum præsentis temporis participio possit addi. Nobis de eâ causâ non liquet. Putamus vero, habere & Hebreos præsens indicativi: sed tamen à præterito ac futuro Τι μέρος non diver-

diversum. Sic & Graeca lingua Ablativos habet, sed ~~אֶלָּו~~ non diversos à Dativis. Sic & Attici non continuo carent Vocativo, si dicant, ὁ Θεός οὐαὶ θυμῷ: sed Vocativum Nominativo similem faciunt.

XXVII. Ceterum ad participia non modò verbum substantivum qvod præsens tempus significare possit, subaudiunt Hebrew, sed quoque tale, qvod vel præteritum vel futurum significare possit. Vin exempla? En tibi. Exod. XIII, 21, *Jehova* חָרוֹן antecedens eos sc. erat vel fuit. Exod. XIV, 8, *Ely* חַזְׂרָתָה Israël וּצְאֵם egressentes sc. erant. Deut. IV, 3. Oculi vestri videntes sc. fuerunt, quæ fecit Dominus. Gen. VI, 7. Ecce ego adducens sc. ero diluvium. II. Reg. VI, 16. Hac ipsa tempestate, cum hoc tempus vigebit אַתָּה חַבְקָרְךָ בְּנָךְ tu amplectens filium sc. eris.

XXVIII. Ellipsis verbi Substantivi Orientales quandoque compensare solent, addendo enunciationibus pronomen demonstrativum. En tibi iterum exempla. Gen. XXV, 16. אלֹהִים הַמְּבָנִים כְּנֵי בְּתֵי אֲשֶׁר הוּא חֶרְבָּן Ismaël. Hagg. I, 9. Domus mea quæ est vasta. Exod. XXII, 16. הלֹּחֶת מְשֻׁה אֱלֹהִים הָוֹת Tabula ipsius Dei opus erant, & scriptura ipsius Dei scriptum erat. Alia ejusdem rei exempla vide in Thesauro Buxtorfii, lib. II. c. 10. ubi de ellipsis tum aliorum, tum verbi subst. agit. Qvod vero ibidem Cl. Buxtorfius inter exempla ponit illud, Ps. XXXV, 3. ישְׁעָדָךְ אָנִי Salus tua ego, id parum liquet. Facit ita & Wilh. Schickardus ad ultimam Horologii sui regulam. Quæ ratione, amabo, in isto exemplo pronomen putabitur compensare ellipsis verbi substantivi? Adeò hic unicum modò pronomen; & hoc in enunciatione ista planissime subiectum est. Sic & aliud quoddam exemplum, qvod ibidem ponit Buxtorfius, non satis quadrat, illud puta Gen. VI, 2. כי תָּבוֹא הַנֶּגֶד quod praestantes illæ essent. Hic pronomen subjecti modo vicem sustinere potest. Prioribus istis exemplis, quæ huc revera pertinent, similia quoque deprehendere memini in Syriacâ lingvâ. Sed nunc ea non succurrunt.

XXIX. cl.

**XXIX.** Cl. Vir, Arnoldus Bootius in sacrarum suarum Animadversionum libro tertio cap. XII scribit, pronomina, quando verbi substantivi vicem explent, raro jungi nominibus solitariis, sed iis ferè, quæ aliquod habent prædicatum, quod ipsis pronominis interventu (si non in orationis serie, saltem quo ad sensum) cum nominibus conjungi, sive id sit adjективum, sive pronomen, sive alterum substantivum. Hoc tamen non esse perpetuum, & pronomina hec interdum illis quoque nominibus, quæ nullum habent prædicatum, hunc verbi substantivi usum exhibere. Exempla ejus rei idem Bootius haec allegat. Es. XLIII. 10. **בְּ מָוֹם אֲנִי הוּא** & **אֲנִי הוּא** intelligite, quod ego existo v. 13. **וְעַד זֶה** אֲנִי הוּא inde ex quo ullus dies fuit, ego existo c. XLVI, 6. **וְאַתָּה זֶה** הוּא & tu usque ad senectutem ego sum. Ps. CII, 28. **וְיַעֲשֵׂה כַּאֲשֶׁר הִיא** & reliquerunt (castra equos) ita ut erant. Ety. 10. **אֲחִילִים כַּאֲשֶׁר הַסְּתָרָה** tentoria, ut erant. Nobis de eo non satis liquet, quod Cl. Bootio fuit visum. In prioribus exemplis **וְהַיְיָ** videtur prædicatum esse, vel ad prædicatum pertinere. In duobus postremis vero **הַנְּרָא** & **הַיְיָ** videtur subiecta esse enunciationum: & verbi subst. videtur ellipsis esse. Primum igitur exemplum ita vertendum fuerit: *Intelligitis, quod ego sum qui fecit vel qui facit (ea quæ in præcedentib⁹ commorantur.)* Quid commodè etiam obseruavit Germanicus noster Interpres, cum vertit: Und versthet das ichē bin. In secundo exemplo id quoque non placet, quod **וְהַיְיָ** vertit, ex quo ullus dies fuit, tempus fuit. Id iridem probè observavit Germanicus Interpres. Vide de hoc & similib⁹ Grammaticam Salomonis Glassii, quem virum propter maxima in Ecclesiam merita ex animo veneramus.

**XXX.** Copulam verbo saepe includi, vulgaris & recta doctrina est. Et verbum igitur resolvendum fuerit in copulam & prædicatum. Aristoteles docuit, **τὸν ἔργον τὸν ἀρχέαν, τὸν δὲ τὸν ὑπόκειμαν** **τὸν ἀρχέαν, τὸν δὲ τὸν ἀρχέαν.** Quidam autem non resolvunt verbum in copulam, & prædicatum, sed copulam & prædicatum in verbum compingunt: idq; eā fini, ut fixum eis maneat, prædicatum enunciationis semper esse verbum. In eam sententiam Henn. Arniseus in notis ad Log. Crellii ita scripsit: *Si loco prædicati irrepatur fortasse*

fortasse vocabulum significans sine tempore, ut in ternariis fieri solet: tamen, ut fiat vera enunciatio, oportet prædicatum, si cum venia ita loqui licet, verbificari per copulam, quæ non est pars enunciationis, distincta à prædicato & subiecto, sed coalescit & concrescit cum prædicato, quod conspicuè apparet ex mutatione ternariorum enunciationum in binarias. Nam si hanc, Petrus est sciens, mutaveris in hanc, Petrus scit, conspicuè patet vim & significationem copulae includi in verbo, in quod mutatum est prædicatum cum copula.

XXXI. Qvod vir iste docet, copulam concrescere & coalescere cum prædicato, id non male se habet. Qvod autem copulam & prædicatum in verbum compingenda potius existimat, quam verbum in copulam & prædicatum resolvendum, id à nugatione parùm abest. Si verò concedatur ipsi iste compingendi modus, quomodo eum exercebit in his propositionibus, *Homo est animal*, *Petrus est doctus*? Faciet fortassis, quod alius quidam, dicet etq; ex hac enunciatione, *Homo est animal*, extrinsecum esse istam, *Homo habet entitatem animalis*. Sed ita nugatio evadit *cō et' uenitū*. Ad hanc formam, horridam sane illam, & ab usu loquientium longissime remotam, prior illa enunciatio ita effingen-  
da fuerit, *Homo habet entitatem scientiæ*. Non tamen certò nobis scire licet, an hic compingendi modus viro docto probari potuerit. Si probatus ipsi fuit, certe venia & hic petenda fuit, ut in præcedentibus, si illo ipso ipsi libuit uti.

XXXII. Copulam enunciationis si viro docto partem ejus appellare non liber, sit sane analogum quid, & quasi pars. Tantum illud nobis maneat fixum, copulam à prædicato & subiecto esse distinctam. Sane huic ὁμολογεῖν viderur esse, quod Philosophus concentre scripsit, Καὶ αὐτὸς μὴ εἴη οὐκέπιν *cō eīas τὸ περί γραμματοῦ*. *περὶ γραμμάτων* ἢ *οὐδὲ τὸ γράμματα*, *τὸ γράμματα* *τὸ γράμματα*. Qvodporro scribit in hac enunciatione, *homo est animal*, irreperibilem loco prædicati, quæ, quæsto verisimilitudine est scriptum? An non plerique enunciationes, quas formamus, sunt istius generis? At defendendum erat vetus illud, prædicatum semper denotari verbo, quod Grammatici vocant. Non debet defendi,

quod

quod tam manifeste est falsum. Haud eviderit negari potest aut debet, in omni enunciatione externâ vel expressè poni, vel subintelligi saltem verbum aliquod Grammaticum. Si aliud non adest, certe verbum, quod substantivum vocant, adesse aut subaudiri est necesse. Quidni verò dicamus, in hac enunciatione, *homo est animal*, esse duo nomina, & unum verbum: prædicati verò signum esse nomen. Sanè communis Germaniæ præceptor scholas Germaniæ jam olim docuit, prædicata esse aut verba, aut nomina adjectiva, aut substantiva.

**XXXIII.** Enunciationis internæ primam partem *ὄντες*-*μενοντας* *subjectum* appellavimus supra. Qvod item ejus signum est in oratione externâ, illud & ipsum non incommodè *subjectum* appellatur. Porrò istud *subjectum* signum plerumque *ὄντα nomen* est, ut Grammatici vocant. Qvandoque & pronomen est, aut participium, aut infinitivus, aut infinitiva oratio. Exempla facile possunt capi. Infinitiva oratio *subjectum* est in hac enunciatione, *Hominem esse mortalem verum est*. Infinitivus *subjectum* est in hac, *creare est actio divina*.

**XXXIV.** Si autem nomen sit, vel pronomen, vel deniq; participium, amplius considerandum est, qvâ *Ἄρθροι casuilla* ponantur. In quibusdam linguis nomina, pronomina & participia unam modo *Ἄρθρον* habent, verbi causâ Orientales pleræque, hodierna Italica, ac aliae. Qvod tamen in aliis linguis diversæ *Ἄρθροι* præstant, id in his præstare possunt præfixa quædam, aut præposita: ut in Hebræâ *τι* & *τοῦ*; in Italicâ *Il*, *del*, &c. In Latinâ, & Græcâ Lingvâ *subjectum* denotatur nomine, pronomine, aut participio, qvod primam *Ἄρθρον*, quam *nominativum* vocant, habet. Sed ut in enunciatione internâ *subjectum* sepe constat non ex uno, sed ex pluribus conceptibus, ita & in externâ enunciatione *subjecto* tali non una modò vox responderet, sed plures. Exemplum est in his, *Homo audiens verbum Dei, est ex Deo*. Si igitur *subjectum* sit istiusmodi, sufficit primo casu nominis, pronominis aut participii denotari principem *subjecti partem*.

Porrò

**XXXV.** Porrò & prædicatum enunciationis internæ, aut certè princeps prædicari pars denorari solet primo casu nominis, pronominis aut participii. Sæpe tamen etiam prædicatum denotatur *p̄nuslī verbo*, qvod Grammatici vocant. Sed verbum istud duplum vim habet, hoc est, non modò prædicatum illud, qvod in internâ enunciatione est, significat, sed illud qvoqve, qvod in mente copular. Hinc vulgò etiam docetur, copulam verbo esse inclusam: qvia nimirum verbum præter copulam complectitur etiam prædicatum vel principem ejus partem. Cum exempli causâ dico, *Canis latrat*, posterior vox complectitur prædicatum *latrans* (id qvod actionem latrandi edit) & illud, qvod prædicatum cum subjecto conjungit. Vere etiam qvandoqve resolutio sit ab autoribus, ut cum dicunt, *Omnia sunt hominum tenui pendentia filo*, *χάρις χάρει τὸν θεόν*. Hebrei sæpiissime participium ponunt, & ad illud verbum substantivum subaudiunt, ut jam supra à nobis expostum est.

**XXXVI.** Facile ista, qvæ novissimè differuimus, pro veris habentur ab his, qvi ad internas suas enunciationses probè attendunt. Alii quidam tantum abest ut dicant verbum istud duo diversa complecti, ut contendant, si maximè duo manifestè appareant, nec genius lingvæ aliter ferat, tamen ea in verbum esse compingenda. Exempli causâ, hanc propositionem, *homo est animal*, ita formandam esse *ἀνθρώπος*, *homo habet entitatem animalis*. Nos ἀνθρώπου istam non capimus: & talia in *ἄνθρωποις* numeramus & σωμάτια.

**XXXVII.** In qvibusdam lingvis prædicatum animadvertisimus exprimi alio, qvam quo diximus, pacto; non, inqvam, primo casu, aut tali nomine, qvod nomine primi casus in aliâ lingvâ verti possit; si qvidem id qvoqve exprimere velis, qvod nomini adhæret. **חָזֶה וְהִיא נַפְתָּח וְאַתָּה** **לֹא לְאַתָּה**. Qvæ si singula exprimere velis in Latinâ Lingvâ, ita vertenda fuerint: *Hic erit tibi in os: & tu ipse eris in Deum.* Si vero ipsius Latinæ lingvæ genium observare velis, pro duobus accusativis ponendi sunt duo nominativi. Tale & hoc est:

**אָחָד לְבֶשֶׂר כַּי** *erunt in carnem unam (caro una.)* Graeci Interpretes, & sacri Scriptores N. T. singulas voces Hebreas expellerunt his Græcis, καὶ ἐποντεῖς οὐ δύο εἰς τιμῆς πίστεως. Nimis quia **וְ** exprimere voluerunt voce εἰς, amplius etiam duo accusativi ponendi fuerunt pro duobus nominativis.

**X X X V I I I.** Licet adhuc alium modum observare apud Hebreos. Præfigunt enim nominis, quod in aliis linguis nomine primi casus reddendum est, præfixum **בְּ**. Exemplum est in Ps. LIV, v. 6. **וְהִנֵּה בְּסֻכְכִּי נְפָשָׁךְ** Deus est in sustentantibus animam meam, hoc est, sustentans. Aliud in Ps. CXVIII, 7. **וְהִנֵּה בְּשָׁרוֹךְ רְ** Deus est mihi in auxiliatoribus meis, hoc est, auxiliator meus. Græci reddunt nomine primi casus, hoc modo, **κύρῳ** εἰποῦ Βοηθός. Aliud in Prov. XXIII, 20. **וְ** ne sis in potatoribus vini, hoc est, ne sis potator. Græci itidem in recto Calu reddiderunt, μὴ ὑδεις οὐκέτεν. Arabes eodem modo: **وَمَا نَعْلَمُ إِنْ بَعْلَمْنَا** non nos in scientibus. **وَهُوَ** *ipse est ex mentientibus, sive inter mentientes.* In his omnibus nomini pluralis numeri aliquid præfigitur aut præponitur. Unde sit, ut aliquis nominativus qui pars princeps predicati sit, subaudiatur fere. In hac enunciatione, *Ipse est inter mendaces, subaudienda fuerit vox existens.* Tota vero **פְּנִים** existens inter mendaces ponitur pro nominativo singulari mendax. Sunt & apud Latinos quædam istiusmodi. Plutus prol. Celine: *Antiquam illius edimus comediam, quam vos probastis, qui estis in senioribus, hoc est, qui estis seniores.*

**X X X I X.** Quid porro mirere, ponitur etiam nomen singularis numeri cum præfixo **בְּ** pro nominativo, qui prædicati debet esse signum in enunciatione. Exemplum est Prov. XVI, 6. **בְּרָאָתָר וְחוֹתָם סָור מְרֻעָה** *In timore Domini est recedere à malo, hoc est, recedere à malo est timor Domini.* Aliud Proverb. XXIV, 5. **גָּבָר חֲכָמָה בַּעַז** *Vir sapiens est in robore, (est robur, robustus) Vulgatus Interpret. ita: Vir sapiens est fortis.*

Aliud

Aliud item *Ps. XXXIII, 4.* **כִּי** מְשֻׁתָּר בְּמַנְנָת *omne opus ejus est in veritate, (veritas, verum.)* Sic Arabes **خَالِقٌ** *Deus est in potente, hoc est, potens.* **بَشَّارٌ** *أَنَا بَشَّارٌ* ego sum in credente, hoc est, credens. **لِبْسُ الْمَوْتِ** *بَشَّارٌ* Non est mors in malo. Posteriori huic simile est in verbis Aaronis *E-xod. XXXII, 22. Tu sis populum* **כִּי בָּרָע הוּא** *quod in malo ipse sit, hoc est, malus.* Qvæ Hebreæ in versione Arabicâ Judæorum Meritanensium idem expressa sunt hoc modo, **בָּשָׂר in malo.**

**XL.** Atqve ita partes enunciationis consideravimus in simplici enunciatione. Qvomodo igitur in compositâ eadem se habent, facile intelligitur. De compositâ enunciatione dicebamus supra, Aristotelem per illam tantum intelligere eam, qvam vulgo copulativam appellant. Alii autem sub eadém ut species quasdam comprehendunt conditionalem qvoque, ac disjunctivam. Nec sanè nos repugnabimus. Appellatio hypotheticæ enunciationis itidem paulo aliter se habet in vulgaribus libellis Logicis, qvam apud veteres Philosophos. Alcinous in libro de doctrinâ Platonica c. IV. hypotheticas tantum illas vocat, *αἱ ἀρχαὶ τὰς δηλώσεις, οὐ μάχλια,* que consequentiam inferunt, vel repugnantiam, hoc est, conditionales & disjunctivas. Qvas verò hypotheticas vocat iste autor, ex eis ipsius mente etiam compositæ sunt. De categoricis enim, qvas hypotheticis opponit, ita habet ibidem: *κατηγορίαι μὲν ἀποταῖ, οἷον αὖτις δικαῖων καὶ λέπρων.* Ex eo, qvod categoricas dicit simplices esse, intelligi datur, hypotheticas esse compositas. Sed de variis enunciationum generibus, itemq; de aliis, qvæ adhanc περὶ γυμνάσια pertinent, forrassis alias agemus pluribus. Nunc paginarum modus plura non capit.

### COROLLARIA.

I. Nos non dubitamus Logicam omnium artium maximam, Philosophie partibus annumerare; quamvis id plerig; non videntur negare.

II. Liber Aristotelis *τὸις τὸ Φιλοσοφῶν εἰλέγχοις* ad Logicam dire. Elē non pertinet.

III. Non licet ab actione pravâ, verbi gratiâ, homicidio, motum tangens bonum abstrahere sive separare.

•(o):(o):•



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730214443/phys\\_0023](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730214443/phys_0023)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730214443/phys\\_0024](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730214443/phys_0024)

DFG

**XXIX.** Cl. Vir, Arnoldus E  
madversionum libro tertio cap. XII  
substantivi vicem explent, nōdungi ne  
aliquod habent prædicatum, quod ipsi  
in orationis serie, sicutem quo ad sensum  
sit adjectivum, sive pronomen, sive alter  
esse perpetuum, & pronomina hec int  
nullum habent prædicatum, hunc verb  
pli ejus rei idem Bootius haec alle  
**אָנָה תְּזִין** & intelligite, quod ego e  
inde ex quo ullus dies fuit, ego exsistō  
& usque ad senectutem ego sum. Ps. C  
exists. II. Reg. VII. 7. **אֲשֶׁר חַיָּנוּ**  
eqvos) ita ut erant. Et v. 10. **כִּסְמֵן**  
erant. Nobis de eo non satis liqu  
In prioribus exemplis **וְזֹאת** vid  
dicatum pertinere. In duobus post  
videtur subjecta esse enunciatione  
esse. Primum igitur exemplum i  
quod ego simis qui fecit vel qui facit  
morantur.) Quid commode eti  
Interpres, cum verit: Und vers  
templo id quoque non placet, quod  
fuit, tempus fuit. Ita itidem pro  
pres. Vide de hoc & similib<sup>o</sup> Gran  
Virum propter maxima in Ecclesia  
**XXX.** Copulam verbo sœp  
na est. Et verbum igitur resolute  
catum. Aristoteles docuit, **וְזֹאת**  
per **וְזֹאת** **אֲזִזָּתָה**, & **דָבָר** **אֲזִזָּה**.  
verbum in copulam, & prædicatur  
verbum compingunt: idēc ē si  
tum enunciationis semper esse ve  
Arnoldus in notis ad Log. Crellei

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

C1 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11  
 Reference numbers on UT<sup>T</sup>

the scale towards document

